IV. 8. 1. *ἀλλ' ἀμφοῖν τούτοιν* habent libri et edd. Schneider cum ex his verbis antea duo qualitates leguminosarum dictas esse colligeret, superius *ταχυβλαστίαν καὶ εὐβλαστίαν* scriptum esse conjiciebat minus recte. Ceterae enim qualitates mox afferuntur verbis *τάχα δὲ καὶ τῆς πολυκαρπίας*. Vitium igitur in verbis superscriptis quaerendum est, quod facile removetur scribenti *ἀλλὰ μᾶλλον τούτου*. Verbis enim *ἀποδοίη τις ἄν* videtur Th. sententiam priorem minus probare.

IV. 8. 2. *ῥᾴδιον . . . ὥσθ' ἅμα καὶ πλεῖον φέρειν*. Primum non *ῥᾴδιον* sed *ῥᾷον* scribendum est. Dein *ἅμα* locum habere nequit et verba sequentia a stilo Theophrasti aliena et ad rem ipsam parum accommodata sunt. Scribendum ergo videtur *ὥστε καὶ πολυκαρπεῖν*.

IV. 8. 3. *καρπίζονται μᾶλλον, οὐχ ὥςπερ τῶν γε χεδροπῶν, ὧν ὅ τε καρπὸς γεωδέστερος* . . sic edidit Schneider. *τῶν γε* est in Ald. et Edd. *τῶν τε* habent Urbinas et Medicei libri; *ὧν* quod non in libris est addidit Schn. de suo. Et lectionis ratio et particulae *ὥςπερ*, quae nexum nec aptum facit neque concinna est, movet me ut locum alio modo legendum esse existimem: *καρπίζονται μᾶλλον τὴν χώραν· τῶν δὲ χεδροπῶν ὅ τε κ. γ.*

IV. 9. 1. *τοῖς δὲ ἄλλοις ζώοις καὶ προςφιλῆ καὶ ἄλυπα ταῦτ' ἐκείνοις καὶ χαλεπώτατα μᾶλλον καὶ πάλιν ἃ εὐκατέργαστα* . . Ald. et U., qui *χαλεπώτα* dat. Schneideri scriptura, neque ea quam in contextu exhibet, neque ea quam in syllabo dat, assensum habebit. Quomodo hic locus restituendus sit nexus sententiae docet. Dicit enim: ea quae caeteris animalibus grata et innocua sunt, ea nobis esse gravissima, contra quae nobis bene conducunt ea illis gravissima esse quamquam validiora sunt... Scribo igitur *ἄλυπα ταῦτ' εἶναι ἃ χαλεπώτατα ἡμῖν καὶ π.*

IV. 9. 4. πρὸς βαρύτητα καὶ κουφότητα τροφῆς καὶ ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς καὶ φύσεως ἑκάστης οἰκείοις αἱ χῶραι καὶ ὁ ἀὴρ ποιεῖ τὰς διαφοράς. Sic editi omnes, quae verba sensu carent, etiamsi particulam importunam καὶ ejicias. Sententiam Theophrasti Schneider perspexit, verba ejus ipsa non invenit. Viam monstrat lectio Medicei libri qui ἑκάστοις habet. Scribendum enim est ἄλλοις τῆς κατὰ φύσιν ἑκάστοις οἰκείας i. e. eius alimenti quod secundum naturam cuique animalium generi convenit.

IV. 9. 5. καὶ τὰ ἄλλα δὲ τὰ τῶν καρπῶν habent editiones omnes. Schneider vidit vocem γένη excidisse. Non vero excidit, sed latet sub verbis vitiosis; τὰ τῶν καρπῶν enim hoc quidem loco nihili est. Scribendum vero: ἄλλα γένη τῶν κ.

IV. 10. 1. ὅτι τῶν μέν σιτῶδες τὸ ἄνθος. U. M. et Ald. Locum corruptum varie editores correxerunt: ὅτι τῶν μὲν σιτωδῶν ἀσθενέστερον τὸ ἄνθος Heins.; ὅτι τῶν μὲν ἀσθενέστερον τὸ ἄνθος cum Vinar. Schneider; τὸ μὲν σιτῶδες ἀσθενὲς τ. ἀ. Scaliger, quae scriptura satis speciosa. Tamen horum nulla vera esse videtur, mihique proxime a librorum scriptura haec abesse videtur ὅτι τῶν μὲν ἀσθενὲς τὸ ἄ.

IV. 11. 2. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο τὸ γένος ἔνι δ' αἰτία Ald. Heins. *canis varia notantur condicione: huic proxima causa est* Versio Gazae. γένος . . . . ἔστι δὲ ἡ αἰτία Schneid. indicata post ν. γένος lacuna in qua ν. ἰσοχρόνιον fuisse putat. Vera autem scriptura est οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο τὸ γένος ἕν· ἡ δ' αἰτία. . Cf. Aristot. H. Anim. 6, 20 τῶν δὲ κυνῶν ἔστι μὲν γένη πλείω. Causa, cur tempus pariendi in canum generibus sit diversum eadem est, cur arborum alia genera sint praecocia alia serotina.

IV. 12. 8. ἔστι γὰρ σφόδρα ψυχρόν· καὶ ἀτεράμονές τινες γίνονται· ἐὰν δ' ἐν τοῖς ἀχύροις ἀπηθαλωμένοις ἐν τῇ ἅλῳ καὶ καθαροῖς οὖσιν οὐ μεταβάλλουσιν ἀλλ' ἀτεράμονες Ald. — ἀτέραμόν ἐστι γίνονται Urb. — ἀτεράμονες τι γίνονται Med. Quem locum pluribus iisque gravibus vitiis laborare et structurae labes ostendit et quod sensum prorsus nullum exhibet. Quam medelam editio Schneideri, verbis et transpositis et nonnullis ex ingenio additis, ei adhibuit, afferre supersedeo: eiusmodi enim genus criseos maxime temerarium. Quamquam equidem veram lectionem invenisse mihi non persuadeo, tamen quomodo locus proxime a scripturae vestigiis abeunti refingi possit dicam. Conjicio enim ita scriptum fuisse: ἐκεῖ γὰρ σφόδρα ψυχροὶ ἀνεμοί τινες γίνονται· ἐὰν οὖν ἐν τοῖς ἀχύροισ μὴ ἠλοημένοι ἐν τῇ ἅλῳ κατατεθῶσιν οὐ μεταβάλλουσιν ἀλλὰ τεράμονες.

IV. 13. 4. καινουμένων δὲ ἐπιγινόμενον ὕδωρ . . . βλάπτει Ald. Cum Heinsio κενουμένων scripsit Schneider. Quae tamen scriptura haud multo meliorem sensum praestat.

Imo scribendum est *τελεουμένων*: librarius enim sonum vocis proximae retinens aberravit.

IV. 13. 6. *ἔκφυσις οὐχ ὅτι βελτίων ἀλλὰ καὶ χείρων γίνεται* Urb. Ald. Schneider voci vitiosae *ἔκφυσις* substituit *ὅταν ἐφύσῃ* quam correctionem collato loco Plutarch Quaest. Natur. p. 915 commendat. Quoad sententiam recte fecit, sed codicum lectio aliam facere iubet emendationem: scribendum enim *ἐφυσθεὶς* pro *ἔκφυσις*.

IV. 14. 1. *καὶ ἄτοπον στάχυν* Urb. Ald. Vocem vitiosam jam versio Gazae, quae *adde quod* habet, correxerat, quo duce Schneider *καὶ διὰ τὸ τὸν* scripsit. Sed librorum vestigia arcte premenda sunt, ita ut ex *ἄτοπον* fiat *ἔτι τόν*; voculae enim *διὰ τό* e superioribus repetendae.

IV. 15. 4. *σηπόμενον δὲ ἕκαστον ἰδίαν τινὰ ἐκ τῆς οἰκείας ὑγρότητος* Urb. . . *ἰδίαν τινὰ ποιεῖται τροφὴν ἐκ* . . Ald., ubi *τροπὴν* Heins. ex errore, *μορφὴν* Schneid. in Syll. ex emendatione scripsit. Verba *ποιεῖται τροφήν* quae Aldina habet aperte sunt librarii supplementum non satis docti. Codicum literis paullum mutatis optima et vera constabit scriptura haec . . *ἕκαστον ἴδιον γεννᾷ ἐκ* . . .

IV. 16. 3. *καίτοι καὶ ἡ σῆψις ὑπὸ θερμοῦ καὶ ἀνυγραίνεται* Urb. Med. Ald. Versio Gazae *quamquam putredo quoque humore caloreque fieri solita sit.* In fine *καὶ ὑγροῦ* cum Heinsio Schneider, *καὶ ἀνυγράνσεως* Scaliger, *καὶ ἀνυγράνσεως γίνεται* Vinar: Hic quidem a vero proxime aberat, sed librorum literis accuratius inspectis *καὶ ἐν ὑγρῷ γίνεται* scribendum est.

V. 1. 2. *καὶ γὰρ τούτοις ἐστί τις αἰτία καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις* Ald. Edd. omnes. Omisit verba ultima versio Gazae. Schneider negat se horum verborum sensum assequi. Alibi *τὰ πρῶτα* in disputatione physiologica sunt partes corporis organici vel tempore vel dignitate primae, quae etiam *τὰ κυριώτατα* audiunt. Sed de his h. l. sermo esse nequit. Hic autem nihil aptius quam comparatio cum animalibus, superius quoque indicata. Consideranti igitur literarum ductus et rationes palaeographicas nihil tam certum est visum quam *πρώτοις* quod nihili est ortum esse e *ζώιοις*, quod substituere haud morabor.

ibid. *καὶ μὴ ἐκ τῶν αὐτῶν ὡρῶν γίνονται* Urb. *ὡρῶν* omittunt cum Aldina Editiones. Schneider, quum initio vidisset *μερῶν* intelligendum esse, cognita deinde Urbinatis libri scriptura, quid ea faceret nesciebat, lacunamque indicare jussit. Sed dubitatione caret quin pro *ὡρῶν* quod Urb. suppeditat, *μερῶν* reponendum sit.

V. 2. 1. *ἐὰν δὲ δὴ καὶ προβλάστημά τι γένηται τῷ βλαστῷ* Ald. Schn.; *πρωϊκαρπότερον* de suo addidit Heinsius. Ineptissima est dictio *προβλάστημα τῷ βλαστῷ*. Vitium iam cor-

rexerat versio Gazae: *si vero et germen aliquod praecurrerit fructui.* Scribendum enim καρπῷ pro βλαστῷ.

V. 2. extr. Hunc locum, quem Schneider violenta transpositione commatum mutatum proposuit, ductus auctoritate Gazae, sola vocula τι post φέρεται addita ita corrigi posse credo, ut sententiae ordo et nexus redeat. Persuasum autem et tanquam in confesso habemus Gazam multa suo Marte correxisse, certe eius auctoritatem librorum testimonio non anteponendam esse. Scribenda igitur verba dubia sic sunt: φέρεταί τι τῆς τροφῆς ἡ δ' εἰς τὸ ἰσχυρὸν ἤδη καὶ καρπογονοῦν.

V. 3. 3. καὶ κρατηθείσης ὅτι ἂν ἐθίσῃ Ald. Edd omnes, quae scriptura vitii signum in fronte gerit. Scribendum esse conjicio κ. κρ. ἐν τῇ ἀνθήσει i. e. *in ipso flore*, quoniam flos anteit fructum eumque praeparat; mutatio igitur tempore florescentiae facta fructum quoque oportet afficere.

V. 4. 4. ἐν οἷς ἐστι λεπτὴς (antea fuit λεπτὶς) Urb.; — λεπτῆς Med.; — λεπτή Ald.; — λιπαρὰ ὑγρότης Schneid. Scribendum vero λιπαρότης.

V. 6. 4. εἂν τις μικρὰς οὔσας κρύψῃ καὶ μικροὺς Urb. Ald.; — οὔσας καὶ μικροὺς κρύψῃ τῇ γῇ Schn. Verba quae loco parallelo Aristot. Problem. 20, 13 addita sunt κατὰ γῆς abesse nequeunt; ea vero reperire mihi videor in verbis καὶ μικρούς quae ineptum aliquid sonant, eaque illis substituenda esse existimo.

ibid. ὁ δ' ἥλιος καὶ τὰ πνεύματα ἀναξηραίνει καὶ τοὺς ὄγκους ἐλάττους ποιοῦσιν. Urb. et Med. — ποιεῖ Ald. Edd. omnes. Credere nequeo Theophrastum alterum verbum singulari alterum plurali posuisse. Video autem exsiccationem sole et ventis factam caussam esse quod volumen diminuatur. Quas ob causas pro ἀναξηραίνει καὶ scribendum ess ἀναξηραίνοντα coniicio. Aldinae scriptura a correctore profecta.

V. 6. 9. τοῦτο δ' ὅτι ῥιζοῦται καὶ διευρύνεται μᾶλλον. Ald. Heins. et cum signo lacunae post ῥιζοῦται Schneid. qui vitium huius scripturae exposuit ad Hist. 7, 4, 3. Rapae enim radix quo magis radicatur i. e. quo plures deorsum radiculas emittit, eo magis in longitudinem protenditur: itaque vox μᾶλλον non potest et ad ῥιζοῦται et ad διευρύνεται pertinere; in solo magis compacto, quale est arearum minus agit radiculas. Quamobrem ab initio οὕτω δ' ἧττον ῥιζοῦται scribendum erit.

V. 7. 3. τὰ δ' ἐξ ἀρχῆς λελεγμένα μᾶλλον κατὰ φύσιν. Schneider addita voce συμβαίνειν, qua facile caremus, acquievit in hac scriptura, sed quomodo φυσικῶς et κατὰ φύσιν differant explicare supersedit. At non differunt. Apertum vitium facilius non removeri videtur nisi si pro κατὰ φύσιν scribas παρὰ φύσιν.

V. 8. 2. ἢ σκαπάνην ἧς ἡ τομὴ ἢ διὰ καθάρσεως Urb. Ald. Recte Schneider vitii tollendi

viam hanc inivit, ut ἐκ σκαπάνης ἢ τομῆς ἢ διακαθάρσεως scriberet. Sed scribendum erat ἢ ἐκτομῆς, quo vocabulo αἱ ἐκπελεκήσεις trunco arborum illatae significantur, ut in Coniferis terebinthinae colligendae causa fiunt. Ita σκαπάνη radices, ἐκτομὴ truncum, διακάθαρσις coronam ramorum tangit.

V. 8. 3. σήπεται διελκούμενα δὲ τῇ σήψει Ald. Schn. In syllabo Schn. correxit σήπεται ἑλκούμενα, τῇ δὲ σήψει. Sed ita vox ἑλκούμενα post πληγῆς ponenda erat. Neque vero recte habet; inest enim ipsi vocabulo πληγῆς. Scribendum autem σήπεται, ἀλλοιούμενα δ. τ. σ.

V. 9. 11. καὶ ἡ σκαπάνη βοήθεια γενομένη καὶ γυμνοῦσα Urb. Ald. — σκαπάνη Heins. Schneid. καὶ ἡ διὰ σκαπάνης γενομένη βοήθεια ἡ γυμνοῦσα. Sed codicum vestigia accuratius premenda sunt. Scribo enim καὶ ἡ σκαπάνη βοηθεῖ γενομένη καιρία γυμνοῦσα. Suadet enim Th. ut terra mature effodiatur: aliter enim radices non poterunt assuefieri frigori. Propterea vocem καιρία scripsi cuius vestigia in importuna particula deprehendere mihi videor.

V. 12. 2. ὁτὲ δ' ἄνεμοι ψυχροὶ πνεύματος ἀπέκαυσαν Ald. Edd. omnes, quam Schneider ut miram locutionem notare sategit. Equidem vero nego ita quemquam locutum esse. Imo scribendum πνεύσαντες.

V. 12. 6. ἐὰν γὰρ ταῦτα συγκλεισθῇ καθάπερ ἄλλ' ἄττα γυμνὰ Ald. Edd. omnes. Vitium Schneider ne animadvertisse quidem videtur. Affert autem in auctario lectionum hanc Corai conjecturam καὶ περὶ τὰ ἄλλα τὰ γυμνὰ, quam haud bonam esse concedo. Mihi vero facilius sic restituendus esse hic locus videtur.. συγκλεισθῇ καίπερ τἄλλα ὄντα γυμνά.

V. 16. 2. ἐπεὶ καὶ τὴν πεύκην γ' οὖν ἐὰν δαδουργοῦσιν Urb.; — γοῦν ἐὰν Med. Ald. Versio Gazae *nam et pinum haud semper tedificare consuevere*, unde sibi imponi passus Scaliger οὐκ ἀεὶ correxit, quem secuti sunt Heinsius et Schneider; οὐκ ἀιεὶ dederat margo Basileensis. Sed quae sequuntur ὅταν ἐν ἀκμῇ καὶ πορρωτέρω γένηται, atque magis etiam proxima verba νέα γὰρ οὐκ ἔχει digito monstrant, quid hoc loco scriptum fuerit. Literis modo aliter distinctis mecum scribas πεύκην γ' οὐ νέαν.

V. 17. 6. τὸ δὲ γενέσθαι καὶ μελλήσειν τοῦ ὄντος ἀσθενέστερον Urb. Med. Ald. Heinsius τοῦ δέ γίνεσθαι μελλήσειν dedit, sed μέλλησόν vel μέλλον voluisse videtur. Schneider cum correctore Vinariensis libri τὸ δὲ γίνεσθαι μελλῆσαν dedit. Utraque et Heinsii et Schneideri scriptura soloeca esse videtur. Computatis literis et nexu verborum levi mutatione scribo τὸ δ' ἐν γενέσει καὶ μέλλον εἶναι, ita ut τὸ μέλλον εἶναι opponatur τῷ ὄντι.

V. 17. 7. κατέδεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν δεινῶν οὐκέτι δύναται Urb.; καταίδεσθαι Med. — κατέδεσθαι γὰρ ὑ τ. δ. καὶ οὐκέτι δ. Ald. — κατέδεται γὰρ ὑπὸ τῶν κτηνῶν καὶ οὐκέτι δ. cum Scaligero Heins. et Schn. Sed quod in Urb. καὶ omissum est, ducere mihi videtur ad veram scripturam κατεδεσθεῖσα γὰρ ὑπὸ τῶν κτηνῶν οὐκέτι δύναται βλαστάνειν.

V. 18. 2. οἷον γὰρ μαδᾶι καὶ εἰς διαβλάστησιν οὐ μαδᾶ Urb., ubi prius μαδὰ in Med. et Ald., alterum μαδὰ in Ald. scriptum exhibetur. Verba ultima correctione egent. A vero proxime aberat Sch. quum corrigebat διαβλάστησιν ὁρμᾷ τὰ δ' οὐ μαδᾷ, sed hoc modo scripturam prorsus pessumdedit. Vocabulum quo hic opus esse Schneider recte sensit non supplendum est sed latet in verbis vitiosis οὐ μαδᾷ, quibus ὁρμᾶται substituendum est. Etenim corruptionis est modus, quum semina quae in usum quemcunque, puta cibarium inprimis, asservata sunt, humore attracto ad germinationem vergere incipiunt.

ibid: ζωοῦται δὲ θάτερον καὶ φθείρεται· τῶν δὲ χεδροπῶν τὰ τεράμονα. Ald. Heins. Locutio fracta et parum concinna, neque sensum aptum praebens. Neque meliora dedit Schneider qui θατέρον ut spurium seclusit et in fine θᾶττον adjecit. Oratio optime procedit, si abjecto δὲ post τῶν unum comma efficias et verbo θάτερον, quod aperte vitiosum est, substituas θᾶττον.

VI. 1. 5. ὅτι μάλιστα δριμὺ ἢ Urb. — δριμὺ εἶναι Ald. Heins. Verum ἱδρύει reposuit Schneider, sed debebat ἱδρύῃ scribere. Sed etiamnum duo insunt vitia, quorum alterum de conjectura potest alterum e Platonis Timaeo p. 65 tolli. Structura enim soluta est ὅταν — λεαίνῃ — γλυκύ; nam priora verba superioribus τὸ δὲ — οἰκεῖον ἐστι jungenda sunt: scribendum ergo est ὅταν γὰρ λεαίνῃ, ubi licebit ad vocem γλυκὺ subintelligere καλεῖται. Deinde pro ἁπλῶς, quod abundat, e Platone ἅπανθ scribendum est.

VI. 2. 2. εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς αἰτίαν ὁμοιότητος εἶναι Urb. Med. Ald. Versio Gazae *subiectorum quoque similitudinem pro causa accipere par est.* Heinsius scripsit de suo ἀνομοιότητος. Structurae laboranti Schneider ut solet supplemento opitulandum ratus . . αἰτίαν τὴν ἀνομοιότητα τῶν ὑποκειμένων δεῖ ὑπολαβεῖν. Sed res aliter habet: literae enim alio modo disponendae ita ut verbum commatis in vocabulo αἰτίαν lateat. Scribendum igitur δεῖ τι ἀνομοιότητος, quae verba librarii in αἰτίαν ὁμοιότητος perverterant.

VI. 4. 2. εἰ δ' εἰς τὸ πλείονα ἰδεῖν αὐτῆς ἐκεῖνό γε μᾶλλον Med. Ald. et Urb. quo in libro ἰδειν sed ante ι et post δ rasura magna ubi desuper punctatum schema literae υ

apparet.; — *τὰ πλείονα εἴδη αὐτῶν* Heins. Schneider dedit *εἰ δ' εἰς τὰ πλείονα ἰδεῖν αὐτῆς* (scil. *φύσεως*, ubi *τὰ ἔργα* intelligendum) *ἐκεῖνοί γε μ.* Librorum scripturam accuratius secutus conflatis Heinsii et Schneideri coniecturis scribo: *εἰ δ' εἰς το πλείονα εἴδη εἶναι ἐκεῖνοί γε μ.*

VI. 5. 3. *ὑπόθεσιν ὁ λιπαρὸς τοῦ γλυκέος χυλός.* Ald. Med.; *ὑ. ὅτι εἶδος τοῦ γλυκέος χυμοῦ* Heins.; *ὑπ· ὅτι ὁ λιπαρὸς εἶδος τοῦ γλυκέος χυμοῦ.* Schneider, quae correctio longius distat a liborum scriptura. Mihi autem vox *χυλός* spuria esse videtur, proptereaque scribendum esse conjicio *ὑπ, εἰ ὁ λιπαρὸς τοῦ γλυκέος εἶδος.*

VI. 6. 3. *τὰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ πικροῦ καθάπερ ἐλάα συνεμφαίνουσα πρὸς τὸ στρυφνὸν.* Urb. et Med. Ald., qui *τὸν στρυφνὸν* habent. Paragr. 6. scriptum habemus *ἅπαντες δέ πως ἐμφαίνουσιν οἱ καρποὶ καὶ τὸν τοῦ φυτοῦ χυλὸν.* Sed huius loci ratio longe alia est. Schneider *συναυξάνουσα* scripsit, postea retinuit quod in libris est lacuna indicata. Facillime tollitur vitium *συνεκβαίνουσα* scribentibus.

VI. 7. 2. *ἀνάγκη γὰρ — — γίνεσθαι, πάντων ἐνυπαρχόντων οἷον τῶν τε τοῦ στρυφνοῦ καὶ ὀξέος καὶ γλυκέος ἢ ἐκκρίνεσθαι τὰ τῶν πρότερον ἀεὶ θάτερα δ' ὑπομένειν ἢ τρίτον τὰ μὲν ἐξιέναι τὰ δ' εἰςιέναι. ἐπεὶ δ' . . . ἀπαθὲς λοιπὸν τὰ μὲν εἰςιέναι τὰ δ' ἐξιέναι.* Ald. Quae sit librorum Urb. et Med. scriptura non satis liquet; Schn. eas non satis clare retulit: hoc tamen certum esse videtur membrum aliquod orationis repetitum esse cum supplemento vocum aliquot (*τὰ δ' οἰκεῖα καθ' ἕκαστον*), idemque in versione Gazae quoque repetitum esse videtur. Quomodo Schneider ab initio, et quomodo postea scribere voluerit referre nihil interest. Mihi autem ab initio addito *ἢ*, correcto *ἄτοπον* in *ἄτομον*, assumpto supplemento eo quod libri dant, et addito in fine altero supplemento quod sensus postulat, Aldinae scriptura proxime a vera abesse et locus bono ordine procedere sensumque aptum praebere videtur. Scribo igitur: — *γίνεσθαι, ἢ πάντων — γλυκέος τὰ μὲν ἐκκρίνεσθαι τὰ τῶν πρότερον ἀεὶ θάτερα δὲ ὑπομένειν τὰ οἰκεῖα καθ' ἕκαστον, ἢ τρίτον τὰ μὲν ἐξιέναι τὰ δ' ἐπειςιέναι· ἐπεὶ δ' . . . ἀπαθὲς λοιπὸν τὰ μὲν εἰςιέναι τὰ δ' ἐξιέναι ἢ τὰ μὲν ὑπομένειν τὰ δ' ἐξιέναι.* Ultima septem verba propter homoeoteleuton exciderunt.

VI. 7. 5. *ἀλλοιωθεὶς γὰρ εἰ μὲν ὥςπερ κατὰ φύσιν ὅταν παλαιούμενος ἐκπεπίκρωται.* Ald. Heins. Sch. *ὅταν* seclusit. Mihi dictio *εἰ μὲν ὥςπερ* nullo modo ferenda esse videtur; quid hoc loco scriptum fuerit sequentia docent *ὁ δ' ὥςπερ βίᾳ καὶ παρὰ φύσιν.* Dein *ὅταν* aperte est vitiosum. Scribendum igitur: *ἀλλοιωθεὶς γὰρ ὁ μὲν ὥςπερ κατὰ φύσιν παλαιούμενος ἐκ.* Deinceps non *τοῦτό γε* quod Edd. omnes habent, sed *τοῦτο δὲ* scribendum est.

VI. 8. 1. τῷ πυρὶ ληπτέον Urb. Med. Ald.; τῷ περιέχοντι λ. Heins., τῷ ἀέρι λ. Schneider., qui non rem ipsam tetigisse mihi videntur. Mihi τῷ πυρῆνι, scribendum esse videtur. Dicit enim: Si tempus, quo augmentatio olei cessat in olivis, definiendum est affectu quodam naturali simulque accidente, definies nucleo, scilicet indurescente: si vero anni tempestate, occasu canis.

VI. 10. 5. οἷόνπερ ἐρεβίνθῳ καταλαμβάνει καὶ τοῖς τοιούτοις· ὅσα γὰρ ἅλμαι νοσηματικῷ Urb.; — ἅλμαι Med. Ald. — Duplex hujus loci vitium, alterum in καταλαμβάνει, alterum in ἅλμαι sedens. — ἅλμη νοσηματικῶς ἔχει Heinsius. Verbo καταλαμβάνεται omisso in fine ἅλμη νοσηματικῶς καταλαμβάνει ὥσπερ τὴν ῥοδωνίαν violentius quam circumspectius dedit Schneider. Ubi nunc καταλαμβάνει est, quod sensu caret, olim nomen plantae fuisse inde conjicio, quod hic duo saltem ejusdem indolis stirpes appellari debebant: quare hic καὶ ἁλίμῳ restituendum esse opinor. Altera pars, quae verbo caret, facillime corrigitur scribenti ὅσα γὰρ ἁλμᾷ νοσηματικῶς, de qua scriptura vide ad Hist. VIII. 10. 1. ubi verbum ἁλμᾶν Lexicis inserendum esse docui.

iid. ἀπολυθέντων Urb. Med.; ἀπολουθέντων Ald.; ἀπολουθέντες Heins. Schneid. Scribendum est ἀποπλυθέντων. Ad rem cf. Hist. VIII. 6. 5. De genitivo absoluto, cuius usum Heinsius et Schneider ignorabant, exempla habes cap. 6. 7: ὡς πλείονος δεομένων πέψεως et Aristot. de Anima II. 4. τὴν αὔξησιν συμβαίνειν τοῖς φυτοῖς κάτω μὲν ῥιζουμένων, exposuit Bernhardy Wiss. Syntax p. 473 sq.

VI. 11. 5. ὅτι αἱ ῥίζαι κοιλίαι τῶν φυτῶν εἰσι πάντως· εἴτε καὶ τοῦτό τις θείη διὰ τὸ τὴν τροφὴν ἀλλοιοῦσθαί πως ἐν αὐταῖς· ἀλλ' ἐκεῖνό γε φανερῶς οὐκ ἔχουσιν εἰς το πέττειν. Ald. Ex Urbinate libro huic loco supplementum hoc accessit ἔχουσιν οὐδὲν περίττωμα δύναμιν δὲ ἔχουσιν εἰς τὸ πέττειν, ubi quinque verba propter repetitum ἔχουσιν in vulgata scriptura exciderunt. Schn. φανερῶς οὐκ correxit in φανερὸν ὡς οὐκ. In Syllabo emendationum hanc dedit scripturam . . . πάντως διὰ τὸ τὴν τροφὴν ἀλλοιοῦσθαί πως ἐν αὐταῖς· εἰ δὲ καὶ τοῦτό τις μὴ θείη ἀλλ' q. sq. Sed hac transpositione commatum, quod est maxime violentum correctionis genus, quo nimium mihi Schneider usus esse videtur, opus haud est, si altero loco οὐ altero μὲν addas totumque locum ita scribas ὅτι αἱ ῥίζαι οὐχ ὡς κοιλίαι τῶν φυτῶν εἰσι πάντως· εἰ δὲ καὶ τοῦτό τις θείη διὰ τὸ τὴν τροφὴν ἀλλοιοῦσθαί πως ἐν αὐταῖς ἀλλ' ἐκεῖνό γε φανερὸν ὡς οὐκ ἔχουσι μὲν οὐδὲν περίττωμα δύναμιν δὲ ἔχουσιν εἰς τὸ πέττειν. Praeterea vero vox τευτλίου mihi admodum suspecta est.

VI. 11. 6. τὸ δὲ ἴδιον εἰς τὰ ἄνω. Urb. et Ald. Schneider correxit ἰὸν: mihi διϊὸν verum esse videtur.

VI. 11. 9. τὴν τοιαύτην ὑγρότητα τῆς καρπογονίας λαμβάνουσιν Urb. Ald. et sine τῆς Med. Schneider attractum genitivum post ὕστερον posuit. Deest vero praepositio μετὰ quae propter finem vocabuli praecedentis similem omissa esse videtur; genitivus in accusativum mutandus. Scribendum igitur μετὰ τὴν καρπογονίαν.

VI. 11. 11. καὶ λεπτὰ καὶ οὐχὶ πέψιν· μὴ ἔχοντα δ' οὐδὲ χυλὸν ἔυδηλον Urb.; μὴ ἔχοντα δ' οὐ Med.; μὴ ἔχοντα οὐδὲ Ald. Inde Schneider scripturam pessimam effecit καὶ λεπτὰ καὶ οὐχὶ πέψιν ἔχοντα οὐδὲ χυλόν. Sed et μὴ et δ' optime habent: modo οὐχὶ in οὐκ ἔχει mutes ut oratio bene procedat. Dicit enim: Folia plantarum dictarum aquosa et tenuia sunt neque coctionem habent: ea vero carentes neque succum habent gratum sapidumque.

VI. 12. 5. κατὰ χυλοὺς καὶ ὀσμὰς καὶ ἀοσμίας Ald. Edd. omnes. Post χύλους inserunt Urb. et Med. καὶ ἀχύλους. Quare sic scribendum est κατὰ χυμοὺς καὶ ἀχυμίας καὶ ὀσμὰς καὶ ἀοσμίας.

VI. 12. 7. τὰ δὲ ἄλλως ἂν ἐπὶ φαρμάκου λόγον Urb. Med. Ald. Heinsii correctionem τὰ δὲ σπέρματα ἄλλως ἂν ἔχει φαρμάκου λόγον suscepit Schneider mutato tantum ἔχει in ἔχοι, quae dictio admodum ieiuna est. Paucis mutatis scribo τὰ δὲ ἄλλα ὡσὰν ἐν φαρμάκου λόγῳ.

ibid. οὐδὲν κωλύει καὶ ἐπὶ τῆς φιλύρας Ald. Laboranti structurae hoc modo opitulatus est Schneider — φιλύρας καὶ ἐπ' ἄλλων δενδρῶν τινῶν εἶναι· ὁ μὲν γὰρ καρπός. At levissima tantum opus est correctione, inserto scilicet εἰ post κωλύει. — Paullo mox ἔχων pro ἔχει scribendum.

VI. 12. 9. καὶ οἱ τῶν ἀκρεμόνων Ald. Edd. omnes. Postea Schneider in Syllabo vitium tollendum esse animadvertit jubetque καὶ οἱ ἀκρεμόνες scribere. Sed hoc est vitium celare, non tollere. Haud dubie scriptum fuit καὶ οἱ τῶν ἀσφαράγων.

VI. 12. 11. κατεργασίαν ἄλλοις κἀκείνων προςφιλῆ etc. Defectus manifestus, quem Schneider ut solet ex arbitrio supplet. Facillima et iusta ratio erit si scribas κατεργασίαν· ἄλλα δὲ ἄλλοις κἀκείνων προςφιλῆ: voculae duo propter similitudinem sequentis exciderunt.

VI. 14. 9. ἅμα γὰρ ἀποπνεῖ τό (superscripto ται) τε τὸ ὑδατῶδες Urb.; ἀποπνεῖ τά τε τῷ ὑδ. Med.; ἀποπνεῖ ταῦτα τῷ ὑδατώδει Ald.; ἀποπνεῖ ταῦτα τὸ ὑδατῶδες Schneider. Sed Urbinatis scriptura aliam faciliorem emendationem monstrat, qua locutio fit concinna: ἅμα γὰρ ἀποπνεῖταί τε τὸ ὑδατῶδες.

VI. 15. 2. ἔοικεν ὥςπερ ἐξάνθησίς τις εἶναι τῆς . . . ὀσμῆς. Ald. Edd. omnes. Versio Gazae *hebetatio* quod de suo dedisse videtur. Inde Coraes fecit ἐξάμβλυσις. Schneider conjiciebat ἐξήθησις. Quorum neutrum verum esse dixerim: mihi unice placet ἐξάτμισις, *exhalatio*, quod reponendum esse censeo. — Verba proxima δὶ ὅ καὶ αὐτά φασιν ὄζειν τότε, quae Gaza vertit *quapropter florem tunc olere posse affirmant* cum praegressis non coeunt, facile autem conciliantur mutato αὐτὰ, quod nihili est, in ἧττον.

VI. 16. 2. ὅτι ἡ μὲν γλυκύτης καὶ ὅλως ἡ εὐοσμία etc. Urb. Ald. Heins. Vitium manifestum corrigens cum Scaligero εὐχυμία scripsit Schneider. Verum haud dubie εὐστομία hic et inferius bis, § 3 extr. et § 6 extr., reponendum est. Ultimo quidem loco scriptum erat τῆς τι κατὰ τὸν χυλὸν εὐοσμίας καὶ πολυοσμίας καὶ ἰσχυός, ubi εὐοσμίας corruptum esse et verba κατὰ τὸν χυλὸν et sequens πολυοσμίας ostendunt; debebat autem hic esse, quod ab odoris qualitate diversum cum forti odore nunquam iunctum esse dicatur, id quod in εὐστομίαν, *saporem gratum*, cadit.

VI. 16. 8. μιχθείσης δὲ ὑγρότητος συμφύτου μᾶλλον εὐκράτους γίνεσθαι καὶ ἡδίους· μίγνυται γὰρ καὶ εὐχυλοτέρων γινομένων· ἐὰν δε ὑπεραίρῃ θάτερον etc. Ald. E Mediceis libris haec adnotantur — συμφύτω — ἡδίους μίγνυται· καὶ εὐχυτοτέρων γινομένων· ἐὰν etc. Lib. Urbinas haec admodum hiulca et manca exhibet in hunc modum; υγρότητ (in rasura ος apparet) . . . υ μᾶλλον ους μ . . . ται καὶ εὐχυλωτέρων γιγνομένων ἐὰν δὲ ραιρει θάττερον· Heinsii et Schneideri scripturas referre supersedeo. Locus hic propterea memorabilis quod in Mediceis et Aldina plenior habetur quam in veterrimo libro, cuius rei caussam nondum inveni. Attamen Aldinae scriptura ita se habet ut neque verba inter se coeant neque veram lectionem inde divinando assequi possis. Imo e vestigiis scripturae Urbinatis si non prima scriptura certe ea quae huic proxima sit et sensum bonum praebeat elici posse videtur. Scribo enim: — ὑγρότητος συμφύτου μᾶλλον εὔστομον γίνεται εὐχυλοτέρων γινομένων· ἐὰν δὲ ὑπεραίρῃ θάτερον etc. Haereo tamen in voce συμφύτου, quam pro spuria habeo.

ibid. τὰ δ' ἀσθενῆ Ald. Edd. omnes. Loco vocabuli minime apti reponendum esse τὰ δ' αὐστηρὰ conjicio.

VI. 17. 2. προιούσης δὲ τῆς μεσημβρίας ἧττον παρελθούσης δὲ τῆς μεσημβρίας ἥκιστα. Ald. Edd. omnes. Vocem παρελθούσης interpolatam esse codices monstrant, in quibus ea non scripta est: scilicet addidit eam sciolus, quo praegressa vox προιούσης explicaretur. At non vidit ille recte quidem dici ἡμέρας προιούσης, non item μεσημ-

βρίας προιούσης. Verum, quum antea ἕωθεν dictum sit oratio recte continuatur hoc modo προιούσης δὲ τῆς μεσημβρίας ἧττον, μεσημβρίας δ' ἥκιστα.

VI. 17. 3. ὅπερ καὶ καθ' ἡμέραν ἐστὶν ἐπὶ τῆς ἑσπερίδος καλουμένης Ald. Heins. Verba καθ' ἡμέραν omisit Schneider. Tamen et nomen plantae et quae sequuntur αὕτη γὰρ τῆς νυκτὸς ὄζει μᾶλλον digito monstrant καθ' ἑσπέραν scribendum esse.

VI. 17. 6. ὅπερ φανερὸν ἐυθὺ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἐστὶν ἐν τοῖς τοιούτοις ὑετοῖς· διακεκαυμένης γὰρ ἐν τῷ θέρει τὸ θερμόν πως καὶ τὸ ὕδωρ ποιεῖ τὴν ἐυωδίαν. Ald. Edd. omnes. Ad versionem Gazae hanc proposuit Schneider emendationem in Syllabo — γῆς ἐστιν ἐν τῷ θέρει διακεκαυμένης· τῆς τοιαύτης γὰρ βρεχθείσης ὑετοῖς τὸ θ. etc. Sed et verbis ordo suus et sententia constabit, modo mecum pro τοιούτοις scribas θερινοῖς.

VI. 17. 8. πυρώδεις ταύτας εὐωδίας Urb. Med. Ald.; πυρωθέντα εὐώδη Schneider. Equidem πυρωθέντα ἀνίει εὐωδίας scribo.

VI. 18. 11. εὐθὺς προςπίπτον Ald. Edd. omnes. Scribendum est ἐκτὸς πρ., ut oppositum sit *calori incluso* κατακλειόμενον.

VI. 20. 3. πρὸς τῷ διὰ φυσιν Urb.; πρὸς τὸ διαφύσιν Med.; πρὸς τῷ κατὰ φύσιν Ald. Edd. omnes. Sed non potest φύσις hoc loco opposita esse τῷ ἀέρι. Duo autem sunt quae in cultu plantarum maxime valent aguntque, aer et solum: scribendum igitur censeo πρὸς τῇ τοῦ ἐδάφους.